

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 04.08.1722

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 59

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238361

VIR summe Reverende,
 Parens atque Praeceptor ex animo
 colende,

59

Incolumes per dei gratiam ex agro re-
 versi sumus. Interca ex literis tuis ad
 Dn. Ellinger perlatis percepi, quid trans-
 misso iuveni, Immanuel Christiani Grünau, ad
 sumtus necessarios faciendos opus sit. Ra-
 tionem horum sumptuum descriptam Dn. A.
 de Grünau tradidi, eaque dixit, se rem cu-
 raturam. Supremus militiae praefectus Dn.
 Comes de Wartenleben duos dies apud
 nos in praedio egit, eaque occasione ani-
 madverti, illum admodum bene de te
 alumnisque tuis sentire. ~~Rogatus~~ Exc.
 Dn. de Kameke mandavit mihi nuper,
 ut suo nomine te, vir summe Reveren-
 de, rogarem, iuvenis cuiusdam Icti cau-
 sa. Meyerus est, frater illius, qui ad
 aetum Anabaptistarum sese convertit, et
 de quo iam saepius mihi scribendum
 fuit.

fuit. Hic alter Juno candidatus alienus
quidem est a viis fratris sui, sed ve-
rentur omnes, ne viam illam tritam
et vulgarem mundanorum hominum
sequatur. Itaque ex alio capite in
illius res inquiri necessarium Domina iu-
dicat. Rogat itaque, ut quantum res dux-
erunt, aliquem ipsi aditum ad te ape-
rias, sibi que, qualis videatur, renuncies.
Existimat, hoc ipsum illi animum addi-
turum, ut melius se gerat, si abs te
audiverit. Dominam aut opera certiorum
reddi velle de rebus ipsius. Non possum quin
hic adiciam, quæ de muliere percepi, quæ
se Furstenbergiam natam dicit. Incepi ali-
quando Domina narrare aliquid de men-
daciis eius, sed quia frigido animo hæc
audiebat, neque ego mei muneris id esse
ar-

arbitrabar, ut acrius illam persequerer,
postea conquievi. Cutores autem, hospitem
illius, qui se futurae compensationis sum-
tus, quos poterat, illius causa faciebat, eius-
que uxorem, et ipsam Furstenbergiam con-
veni, omnesque in eodem conclavi nactus
libere admonui, ne vel illa porro hospitem
decipere sustineret, vel hopes illi aurem pri-
beret. Ad summam, de mendaciis aliquot
ita ipsam coargui, ut tutor, si mens non la-
va fuisset, fraudem non dubiam animadver-
tere potuisset. Abiens adieci, nihil mihi cau-
sa fuisse, cur utramque partem admonerem,
prater amoris officium, quo vel ignotis ob-
stringor. Ipsa muliercula audacior erat, quam
credideram. Mendacia retractabat, quae de pro-
missis a Domina de Kamcken sibi factis edi-
derat, culpam in ancillam conferens, quam
dimiserat: denique gratias agebat pro fa-
cta

cta admonitione. Ego contra proposui deum vin-
dicem, maioresque imminentes misérias et
mortis horam. Tutor tamen, ut hucusq[ue]
comperi, nihil vel mea vel aliorum admo-
nitionibus motus, illam perpetuo fovet, non ob-
stante uxoris dolore et suspiriis. Quare vix
quicquam aliud, quam stupri consuetudinem
suspicio. Jam nuper cum Dn. Præp. Forstium
convenissem, dicebat, se apud collegas suos
suscitaturum, quis tutorem illum nosset, ut
accuratius cum illo agi posset. Nondum ve-
ro audiui, eoquid hac ratione effici potuerit.
Id solum audio, mulierem ibi adhuc versari.

Audiv, Dn. Franckium, filium suum, fra-
ternum meum amicum, incommoda valetudine
urgeni. Itaque et doloris eius me compuncto-
xor esse credo, et robur illi divinum in
Christo Iesu exopto. Salutes quoq[ue] illum
ex animo. Cum,

Vr summe Reverende,

tuus
omni cultu et obsequio
Augustus John.